UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Inobedientia fugie[n]da est p[ro]pter tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

lutis. Dico enim uobis quoniam pro meo ſapere, nihil ita Deo diſplicet, præſertim in filiis gratiæ, in hominibus conuerſionis, quemadmodum inuidia. Secundum eſt, quia bona iam à Deo accepta auferri facit. Vnde P. Auguſtinus. Quod Deus dederat gratis, tulit ingratis. Idem. Nemo eſt donis Dei beatus, qui donanti extitit ingratus. Tertium eſt, quia impedit ea bona, quæ darentur homini, niſi fuiſſet ingratus. Vnde Gregorius. Non eſt dignus dandis, qui non agit gratias de datis. Et Bernardus. Ingratitudo eſt uentus urens, ſiccans fontem pietatis, rerum miſericordiæ, & frumenta gratiæ. Idem. Vias enim obſtruit gratiæ, ubi fuerit illa iam gratia acceſſum non inuenit. Idem. Nihil augetur ingrato, ſed quod acceperat ei reuertetur in pernitiem.

Auguſ. Idem. Grego. Bern. Idem. Idem.

Inobedientia fugienda eſt propter tria.

PRimo, quia Deo diſplicet. quod poteſt cognoſci tribus rationibus. Primo per mortem eius, quia ut ſanaret primã inobedientiam mori uoluit. unde potius debemus timere inobedientiam quàm mortem

Bern. exemplo eius. Vnde D. Bernardus. Me-
mentote fratres, Chriſtus ne perde-
ret obedientiam, perdidit uitam.
Idem. Idem. Non dabit inobedienti copiam
ſui, tantus obedientię amator, qui ma-
luit mori quàm non obedire. Secun-
da poteſt cognoſci per hoc quòd ho-
mines magis obediunt rebus uiliſſi-
mis, ſilicet, diabolo, & carni, & mun-
Auguſ. do. Vnde P. Auguſtinus in perſona
Dei loquitur dicens. Quid enim cau-
ſa eſt, quia inimico meo, ueſtroque
magis ſeruire libet, quàm mihi? ne-
que ille creauit uos, nec paſcit, nec
tempora ueſtra diſponit, ſi parua hæc
uidentur ingratis, non ille, ſed ego re-
demi uos, et multi ſunt, qui magis
obediunt pecuniæ, quàm Deo. Vnde
Ecc. 10 Eccleſiaſticus. Pecuniæ obediunt o-
mnia, &c. Tertia poteſt cognoſci per
uindictas inobedientibus factas, ſicut
de primis parentibus. Si enim illi qui
erunt in paradiſo ſunt eiecti propter
hoc peccatum, quomodo credunt ſe
ingreſſuros eſſe, qui inobedientes
ſunt? Secundo fugiẽda eſt inobedien-
tia, quia diabolo placet, quia eſt cau-
Bern. ſa noſtræ mortis. Vnde Bern. Inobe-
dientia eſt cauſa mortis, omnes expe-
rimur, omnes morimur propter cam.
Inter omnes creaturas non ſunt niſi
duo inobedientes Deo, ſilicet, homi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nes,et dęmones. Vnde Iob. Habitent Iob.18.
in tabernaculo eius ſocij eius. Vnde
inobedientes attinent diabolo, Sicut
obedientes Deo. Vnde Matth. Qui- Mat.12
cunq; fecerit uoluntatem patris mei,
qui in cælis eſt, ipſe meus frater, ſo-
ror,& mater eſt. Sic etiam poteſt di-
cere diabolus. Tertio, quia homini
multum nocet. Duo enim mala fa-
cit homini. Primum eſt, quia eius
oratio non exauditur. Vnde Pater Au Auguſ.
guſtinus. Qui à præceptis dei auer-
titur; quod in oratione poſtulat non
meretur. Prou. Qui declinat animam Pro. 28
ſuam,ne audiat legem,oratio eius exe
crabilis erit. Secundum eſt, quia ma-
ledictiones Dei incurrit. Pſal. Ma- Pſ.118.
ledicti, qui declinant a mandatis tu-
is, &c.

Indeuotio oritur ex tribus.

PRimo, eſt indeuotio quædam Pſ.142.
arriditas ſpiritualis. Pſal Anima Nu.11.
in ea ſicut terra ſine aqua tibi.
Et Num.11. Anima noſtra arida eſt,
nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi
manna. Prouenit autem iſta ariditas
ex tribus; Primo ex ſuperbia, quæ
mons appellatur. Vnde 2. Reg.1. Mon
tes gelboe neque ros, neque pluuia 2.Re.1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN